



Kern 86
(1-54; a-g)

(44)

CONSPECTVS
 LABORVM
 QVIBVS
 PROFESSORES
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PER SEMESTRE AESTIVVM
 IN
 STUDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
 VACARE CONSTITVERVNT
 PRO - RECTORE MAGNIFICO
 D. PHILIPPO IACOBO
 HEISLERO, ICTO,
 IVRIVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.



P. P. d. II. APRIL. MDCCLXIII.



HALAE MAGDEBVRGICAE,
 TYPIS LEBRECHT GOTTHOLD FABRI MAGDEB.





LECTIONES PRORECTORIS

ET

PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARI



PHILIPPVS IACOBVS HEISLER in Collegio *Institutionum* horis XI - XII & I - II perget; collegium vero iuris criminalis horis X - XI. & II - III. rursus aperiet, ducem secuturus b. ENGAVM in *Elementis Iuris Criminalis germanico-carolin.*

IO. AND. DE SEGNER *Publice*, hora X. praeleget *Mechanicam*. Theoremata, vt calamo ex sepi possunt, dicabit; figuras in tabula accurate describet. *Privatim*, Capita *Physicæ*, quae vsus sunt vniuersitatis, explicabit ex libello suo, atque experimentis illustrabit, hora XI. Repetet quoque *Arithmeticam* cum *Geometria* hora II; neque iis decrit, qui explicationem *Astronomiae* Abbatis la Caille vel alius idonei Auctoris, aut manu-ductionem ad *Analytica*, desiderauerint.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS epistolam ad Philippenses interpretabitur, cui eam ad Colossenses addet, si tempus permiserit. Perget etiam in paraeneticis et asceticis praelectionibus confectus.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora XI. Prouerbia Salomonis et librum Iobi ex fontibus Ebraeis explanabit, sensumque dictorum alicubi difficultiorem in aprico ponet.

IO. GEORG. KNAPP primo *theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur; deinde *historiam ecclesiasticam* N. T. exponet; denique die Domini hor. V. VI. in *tractatione ascetica* electorum oraculorum diuinorum perget.

IOH. SALOMO SEMLER, praeleget 1) *theologiam dogmaticam*, hor. VIII. - VIII. 2) continuabit lectiones *exegeticas* in epistolam ad Hebraeos, quarum commodum initium factum est; hor. XI - XII; 3) horas duas vel tres impendet ex eisdem XI - XII. in lectione *hermeneuticas*, plures autem, postquam otium contigerit a scholis *moralibus*. 4) Post meridiem aut redibit ad *theologiam polemicam*; aut *historiam sectarum* praecipit religiosorum omnium.

IURIDICAE.

IO. TOB. CARRACH tandem Musis restitutus Halensibus qua consuevit dexteritate iterum iisdem industriae consecrans suam *privatim* a) b. HEINECCI *Elementa Iuris Cluitorum secundum ordinem Institutionum* explicabit, 2) et ad b. BÜHMERT *Introductionem in Ius Digestorum* commentabitur. 3) *Ius Feudale* quoque tradet ad b. STRAVII *Elementa* a CELLE. D. N. HELFELDIO adornata. 4) *Collegio Processuali elaboratorio* ad suas theses inferuet illis, qui ante collegiorum initium de hoc negotio ipsum sunt adituri. 5) Si vacabit, *publice Instrum. Pac. IV eseph. Art. V. §. 52.* interpretabitur, horas iusto publicis e tabulis indicaturus tempore.

DANIEL NETTELBLADT *privatissime* vniuersae iurisprudentiae positivae elementa et historiam litterariam iuridicam docebit. *Privatim* hora VII. - VIII. ad elementa iuris germanici privati Io. Henr. Christ. de SEECROW; hora IX. - X. ad KOCHII *Institut. iuris criminalis*; hora X. - XI. ad Systema suum vniuersae iurisprudentiae naturalis; et hora XI. - XII. ad STRAVII *Elementa iuris feudalis*, commentabitur.

GEORG.



GEORG. SAMVEL MADHIN 1) hor. VIII-IX. X. XI. et II-III, commentabitur ad *Pandectas* praecunte B. LUDOVICI; 2) hor. IX. X. *Ius naturae et gentium* priuatissime selectis Auditoribus; 3) hor. XI-XII. *Ius civile* secundum *Institutiones* Dni IVSTINIANI tradet, utrumque ad ductum libellorum, qui iam typis exprimiuntur, atque 4) die Sabbathi hor. I-III. *disputationes* in lectissima Iuris Digestorum controuersi capita habebit. Singulas praelectiones intra legitimum definitumque tempus absoluet plene exacteque.

ERNEST. CHRISTIANVS WESTPHAL per instans semestre aestiuum frequentes offert aerafas 1) hor. IIX-IX. et II-III. Collegium *Pandectarum* ad Compendium Ludouicianum. 2) Hor. IX-X. Collegium Iuris criminalis ad Kochii *Institutiones*. 3) Hor. X. XI. Collegium Iuris canonici ad Georgii Lud. Boehmeri *Principia Iuris canonici*. 4) Hor. XI-XII. Collegium *Institutionum Iuris Civilis* ad Heineccium. Simul 5) hor. II-III. diebus Saturni exercitium *disputatorium* in commodum eorum, quibus ingenium experiri animus est, habebitur.

M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in *praelectionibus*, horis atque diebus consuetis, commentabitur in SCHARANDAET libellum, *de ratione vssendi aegros priuato* autem *studio*, hora matutina VII ad VIII. *simplicium medicamentorum*, ex tribus, quae vocant, *Naturae regnis, desuntorum, facultates et vsum*, iuxta *Fundamenta* sua *Materiae medicae* explanabit, hor. VIII ad IX. et X ad XI. *Therapiam Specialem*, iunctis simul necessariis regulis et cautelis praedictis, in singulorum morborum curacionibus obseruandis, perspicue tradet; hora vero XI ad XII. *manduccionem ad Formularum medicarum praescriptionem* suppeditabit.

FRIDERICH HOFFMANN publice hora IX-X. *physiologiam*, priuatim vero, hora X-XI. *pathologiam* praeleget. Initium harum lectionum exit finitibus instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER hora matutina VIII-IX. Duce HEISTERO *fundamenta Chirurgiae* tradet theoretico-practicae; hora IX-X. *Cel. ROEDERERI* *elementa artis obstetricariae*, et hora XI-XII. aut *Senioticam Physiologicam*, iuncta insimul *Dietetica*, praecunte Ill. EDWIGIO, aut EJUDEM *institutiones Pathologiae* debita exponet perspicuitate; diebus vero Mercurii & Veneris hora I. *Exercitationes* in adplicandis *Fasciis ad Libellum* *WASSERII*, more consueto continuabit.

JO. PET. EBERHARD, hora II-III. *Physiologiam* explicabit ad ductum T. J. *Conspectus Med. Theoret.* a se editi. Praeterea *Semiologiam* tradet. Reliqui labores erunt *mathematici & physici*.

FRIDERICVS CHRISTIANVS IVNCKER *publicis* praedictionibus vires & vsum medicamentorum compositorum, iuxta praedictiones SCHULTZIANAS in *Dilpensat. Borussiae* Brandenb. explicabit. *Priuatim* hora X-XI. *materiam medicam* praeleget, et *simplicia* ex triplici regno petita, quae in vsum medicum cedunt, ostendet, et hora XI-XII. *pathologiam* debita explanabit perspicuitate. *Priuatissime* hora IX-X *Exercitationes clinicas* more consueto continuabit.

P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora III. a meridie Syriacam linguam ad ductum *Syrifini* sui *grammaticae* explicabit: quo factio, *Chrestomathiam Syriacam* Filii sui, quae Goettingae typis expressa est, et ex ea textus sacros Syrorum Patrum, interpretabitur.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice hor. VIII. *Mathejin puram*, ad *Cel. KAESTNERI* *Umfangegründe* demonstrabit; priuatim autem h. I. *Physicam dogmatico-experimentalem* nec non h. IV. *Chemicam theoreticam et practice* explicabit. De horis *Arithmeticae-Oeconomicae* ad ductum *der Anleitung zu becommisschen Rechnungen* in *Orphanotropheo* profantis et *Geometriae practicae* destinandis, suo tempore mentem suam declarabit. Nec iis deerit, qui *Trigonometriam Sphaericam*, *disciplinas Opticas et Astronomicas* ad compend. Kaefnerian. explicandas, desiderant.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER per instans Semestre aestiuum occupatus erit in explanandis *Physicae dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio ac horis iisdem destinandis, consueto tempore scorsim Dno. *Commissitones* certiores reddet.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRIZ per semestre astiuum 1) *oconomico-camerales* scholas ad ductum *Dittmari* aperiet; 2) *Fundamenta linguae ebraicae*, praecunte *Drozio*, interpretabitur; quo labore perfunctus, *doctrinam de accentibus ebraeorum* subiunget. 3) *Difficillimum Iobi* librum ex fonte sacro illustrabit; et denique 4) *difficiliora atque illustrata*, quae in *IV. Euangelistis* occurrunt, *locis*, praetermissis facillioribus, copiosius explicabit. Initium hae lectiones fument finitibus nundinis Lipsiensibus. GEO.

GEO. FRID. MEIER docebit hor. IX. X et mense Augusto simul hor. VII. VIII. *Meta-physicam* b. Baumgarten, hor. III. IV. *Logicam* et priuatissime *Homileticam*.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM docebit *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae*, et *Historiam Sacri Romano-Germanici Imperii*. Horas ex valis publicis indicabit.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN, scholis *homiletico-biblicis* praecptorum *Oratoriae sacrae* nucleum tradet, adiuncta *sektionum liturgicarum* ex epistolis N. T. decerptarum illustratione paraphrastica. Deinde, pro eo ac plures praeparare intelliget, vel *hermeneuticam sacram* docebit, vel *controuersias cum Pontificiis ex Apol. A. C.* cum illarum elegantii epitome enarrabit. Tandem *disputandi exercitamenta* atque *examina dogmatica* continuare constituit.

IO. AVG. NOESELLT aestiuo hoc tempore interpretabitur *Pauli* Apostoli omnes, praeterquam ad Ebraeos, Galatas, Ephesios ac Philippenfes, *epistolas*; *libros* Ecclesiae nostrae *symbolicos* illustrabit ita, vt et ratio dogmatum et historiae cum ipsorum illorum librorum, tum quoque doctrinae habeatur; atque cum iis, qui volent, *disputationum exercitia* instituet. Cetera suo tempore e loco publico significabit.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM *Ius-Feudale*, duce WOLFFO, interpretabitur; nec deerit iis, qui translationem *iuris publici* desiderabunt.

D. CAROL. FRIDER. PAVLI per instans semestre *Historiam Vniuersalem* ad Gebaueri *Grundriss* hora VII. matutina et hora VIII. *Historiam I. R. G.* ad Schmaussii *histori- sches* *Ius-Publicum* docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) *Collegium practicum laboratorium* ad ductum b. PARENTIS *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet. Deinde 2) *artem relatoriam* praecunte b. PARENTE in der *Anleitung zu Befahrung der Acten* selecto Auditorum numero tradet.

PHIL. ERN. BERTRAM praefectiones in *historiam regnorum ac rerum publicarum* Europae, docente Ill. Gebauro, & *Imperii Romano-Germanici*, praecunte Ill. Bättero, nec non in *Compendium suum historiae litterariae* omnium scientiarum atque artium, praeter *Theologiam* et *artem medicam*, habebit, horasque suo tempore indicabit. Forte et alias adiciet *Recitationes* in gratiam eorum, qui illas desiderarunt.

D. HENR. CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre aestiuum *Fundamenta Botanica* et *Historiam plantarum* publica tractatione explicabit. Priuatim vero diebus Lunae, Martis, Iouis et Veneris hora VIII. IX. *Botanicam* iterum *methodo consueta* docebit. Hora IX. X. *Physiologiam*. hora X. XI. *Pathologiam* docebit. Excursiones *botanicas* die Saturni hora III. inchoabit. *Initium harum Lectio- num* ex valis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHE SVPPIRIAN oculatorum morbos publice praecet; priuatim vero *physiologiam* et *pathologiam* generalem pertractabit.

IO. PETR. EBERHARD, hor. VIII. IX. tradet *Mathesin puram*, hor. I. II, *Physicam* explicabit in proprium *compendium*, et *experimentis* necessariis eam illustrabit.

F. W. ELLENBERGER tradet *Theologiam Naturalem*; quid soluta oratio et *rhetorica* requiratur, quid possis, j duce Bafedow; in *Genesis* *critice* et *grammaticae* *linguae ebraeae*, accentuationem ebraeam; *Elaborationem* et *librorum* in *lingua* nostra *elegantiorum* *cupidis* patebunt *Societatis* *membris*.

IOANNES LVDOVICVS SCHVLZE, iuuante Deo 1) in *Heineccii* *Fundamenta* *filii* *commentabitur*, *isque*, *qui*, *quanta* *sit* *in* *stilo* *ornato* *venustus* *ac* *commendatio*, *vident*, *se* *comitem* *adiungit*, *si* *vires* *suas* *elaborando* *exercere* *voluerint*. 2) *Noui* *Testamenti* *partem* *priorem* *per* *hoc* *semestre* *explicabit*, *vt* *eorum*, *qui* *has* *lectiones* *desiderarunt*, *studiis* *inferuiat*. 3) *Vel* *Isaiam* *vel* *Psalms* *e* *fonte* *sacro* *interpretabitur*. 4) *Linguae* *arabicae* *Fundamenta* *duce* *Cl. Kallio*, *proponet*. *His* *laboribus*, *si* *ob* *reliquis* *feri* *poterit*, *accedet* 5) *Fundamentorum* *linguae* *hebraicae*, *duce* *Danzio*, *explicatio*. *Horae* *e* *valis* *publicis* *innotentent*.

IOH. CHRISTIAN, FOERSTER *metaphysicam*, *logicam*, *ethicam*, *encyclopaediam vniuersalem*, seu *introductionem* in *vniversam* *eruditionem* docebit. *Priuatissimam* *adhuc* *vnam* *aerofin* *vel* *exercitiorum* *genus* *selecto* *desiderantium* *numero* *obfert*.



(44)

CONSPECTVS
 LABORVM
 QVIBVS
 PROFESSORES
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PER SEMESTRE AESTIVVM
 IN
 STUDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
 VACARE CONSTITVERVNT
 PRO - RECTORE MAGNIFICO
 D. PHILIPPO
 HEISLER

IVRIVM PROFESSORE PV

 P. P. d. II, APRIL. MI

 HALAE MAGDEB
 TYPIS LEBRECHT GOTTHO

